

De necessitate confessionis. Cap. VIII.

13

ram extat aduersus hæreticos in Conc. Constan. atque in Trid. sess. 6. c. 14, cōfessionem exteriōrem, quæ omnium mortalium peccatorum sacerdoti fit, necessariam esse ex Christi iustitione, D. Tho. in 3. parte sum. q. 84. art. 5. & q. 65. art. 4. Nauar. in prin. de penit. dist. 5. Hæc probantur, Ioan. cap. 20. Accepit spiritum sanctum, quorum remissoribus peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retēta sunt, & Matth. cap. 16. Tibi dabo claves regni celorum, & quodcumque solueris super terram, 4 erit solutum, & in cœlis. Etenim † si à Christo receperunt potestatem remittendi peccata, ab eo sunt constituti iudices ad ea remittenda, consequitur lumine quodam naturali nō posse hoc exercitium exerceri per eos absque cognitione peccatorum. Ignorabit sanè sacerdos, debet ne remittere peccata, an retinere, nisi eadem ei fuerint manifesta. Ita hanc conclusionem probat D. Tho. lib. contra Gent. c. 72. Sotus in 4. sent. distin. 18. quæst. 1. art. 1. Concil. Trident. sessio. 14. c. 5. præterea conclusio hæc probatur per tex. in cap. omnis, extra de pœn. & remiss. vbi verbum illud, cōfiteri teneatur, quemadmodum notat Sotus, præceptorum est. Etenim in illo ecclesiastico statuto duo sunt consideranda, præceptum confitendi, & hoc est de iure diuinum, & determinatio temporis semel in anno, & hoc est de iure humano. Quod † si quis arguat nullum esse discrimen inter diuinum, & ecclesiasticum præceptum: Nam cum ecclesia nulla præcepta faciat, nisi per potestatem sibi diuinitus concessam, sua etiam præcepta diuinia sunt, iuxta illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit: Nam negatur consequentia. Deus enim patriter, & regibus dedit potestatē condendi leges. Prou. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernūt, & nihilominus regiæ leges humanæ sunt. Lex autem diuina est, quam Deus per se immediate condidit. Sotus, qui supra, quarta conc.

6 Hinc infertur, quod ecclesia, Papa, aut concilium super substantiam præcepti confessionis, ut quisquam nunquam confiteri teneatur, dispensare neutiquam potest: tum quia præceptum confessionis est diuinum, & inferior super leges superioris dispensare nequit: tum, quia non est vt cumque de iure diuinio, sed pertinens ad sacramentum. Et in iure diuinio quo ad articulos fidei, & sacramenta Papa dispensare nequit, D. Thom. in 4. sent. dist. 27. quæst. 3. art. 3. ad 2. & in quodl. 4. art. 13. & in dubio 519. est etiam text. & gl. in c. sicut distin. 15.

7 Vbi † non potest Papa destruere statuta concilii, quod intellige circa articulos fidei; alias posset, glos. in cap. vbi periculum, in ver. concilio, de elect. lib. 6. Ad idem tex. in c. sunt quidam. 25. q. 1. Vbi non potest Rom. Pontifex contra statuta Apostolorum, & multo magis Domini sacire; quod intellige de dispensatione propriè sumpta, & quatenus illa statuta ius naturale, vel diuinū referunt. Ad idem tex. in c. literas, ver. dispensare, de restit. spol. glossa in c. proposuit, ver. supra ius, de conc. præb. vbi glossa ponit casus, in quibus Papa pot., vel non potest dispensare: Non enim 8 † potest dispellere, ne aliquis sine baptismo, vel cōfessione saluetur, ita Felyn. in capit. 1. num. 33. de constit. Sotus d. 18. q. 1. art. 5. Imo tenere contrarium, esset heresis, vt notat Caïet. super D. Thom. lib. contra Gent. cap. 72. versi. aduertendum. Poteſt † tamen dispensare dispensatione impropriè sumpta pro interpretatione: cum solus ipse possit circa articulos fidei interpretari, & sacramenta.

24. q. 1. c. quoties, extra de baptis. c. maiores. cap. per venerabilem, qui filii sint legit. & ita intelligitur dictum Canonistarum, dum dicunt, posse Papam dispellere cum causa in iure diuinio, Abb. in 10 c. non est, extra de voto. Habet † enim potestatē declarandi ius diuinum, dispensandi vero nulla ei cōpetit facultas, nec aliqua causa id pati potest, D. Tho. in